



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio tertia. Vtrum verbi persona post incarnationem fuerit
co[m]posita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

posito vno non est nisi vniuersum. Si vero esse existentia ex tenetia accipiatur pro omni eo de quo dicitur sive per prius, sive per posterius, sic in Christo & in qualibet supposito creato, in quo est aliqua natura creata materialis sunt plura esse, quorum unum est esse substantia, & reliqua verò omnia sunt esse inexistentes.

16. Primum pater faciliter, quia esse substantia sequitur naturam per se substantiam, vel secundum quam suppositum est per se substantia, sed tales nature non possunt plurificari in uno supposito, quia que differunt secundum substantiam differunt secundum suppositum, ergo in uno supposito non possunt esse plura esse substantias.

17. Secundum pater dupliciter. Primum, quia magis com patit naturam humanae in Christo habere proprium esse, prater esse suppositi quam cōpetat accidenti habere proprium esse in subiecto prater esse subiecti, sed accidens habet proprium esse in subiecto prater esse subiecti, ergo natura humana in Christo habet proprium esse prater esse supposito. Probario minoris, quia si accidens non haberet in subiecto aliud esse prater esse subiecti tunc non posset a subiecto separari, nisi corrumperetur eo quod amitteret eum esse quod prius habuisset, sicut fuit dictum prius de humana natura in Christo. Hoc autem est falsum (ut patet in sacramenta altaris) ergo &c.

18. Secundum, quia intimus sequitur esse ad essentiam agere ad potentiam. Sed in Christo multiplicantur agere secundum multiplicationem potentiarum, ergo in Christo multiplicantur esse secundum multiplicationem essentiarum.

19. Tertio, quia plus dependet quantitas, & alia accidentia communia ab esse quam dependeat color a quantitate, sed color non potest remanere in subiecto remota quantitate, ergo nec quantitas, nec aliquod accidente posset esse in natura humana ente quod intimus sequitur ad ipsam quam quandoque aliud. Cum igitur in natura humana existente in Christo fuerit quantitas, & reliqua accidentia, necessarium est quod in ipsa fuerit proprium esse quod praesertim ad omniam illam. Prima ergo opinio quae ponit tantum unum esse in Christo loquitur de esse substantiae quod est simpliciter esse suppositi: sicut pater ex primo argumento quod cōcludit esse unum esse in Christo ex unitate suppositi substantiae & illud verum est. Secunda vero opinio loquitur generaliter de esse existentia prout est communis ad esse substantiae & ad esse inexistenter, ut pater in omnibus argumentis.

20. Sed quia duæ ultimæ rationes primæ opinionis nuntur probare quod non sit aliquo modo nisi unum esse in Christo: ideo respondendum est ad eas. Cum enim dicatur secundo loco, quod in eodem supposito omnia sunt quata & extensa per unum quatum: et cetera. Dicendum est quod non est simile de quantitate & de esse, quia quantitas est unum rationis in omnibus que sunt in eodem supposito, & ideo non potest plurificari, sicut nec plures albedines in eodem subiecto, esse autem cum non sit unum rationis in omnibus, sed diuersarum, quia est de transcendentibus, potest plurificari secundum pluralitatem naturarum quas sequitur: imo si acutius consideretur illa ratio si aliquid valerer, quemque concluderet in uno supposito tantum esse unam essentiam, sicut unum suppositum, quia sicut quantitate aliqua dicuntur quanta ita essentia aliqua dicuntur entia sicut quantum ad esse essentia, quemadmodum per esse dicuntur entia quantum ad esse existentia. Si ergo per unitatem quantitatis in uno supposito sufficienter cōcluditur unitas esse existentia, eadem ratione potest cōcludi unitas esse essentia quod est manifeste falsum.

21. Ad tertium dicendum quod illud dictum Arist. 4. meta. sic est intelligendum, quod accidentia non sunt entia, nisi quia entia, non quia a cōdēns non habeat aliud esse ab esse subiecti, sed quia esse quod dat subiecto, non posset secundum naturam habere nisi esset in subiecto.

22. Ad rationes principales. Ad primam dicendum quod humana natura non potest existere per seūm esse diuinum: Et cum probatur quod imo, quia cum prædicatur esse tertio adiacens sufficit ad verificationem propositionis quod res importata per subiectum & prædicatum conueniant in eodem supposito. Dicendum quod non est verum, imo ad verificandum omnem propositionem, qua dicitur hoc est hoc, requiritur aliqua essentia identitas prædicati cum

subiecto. Nec sufficit identitas secundum suppositum, nec secundum inherentiā. Quod patet ubi prædicatur abstractum de abstracto, ut albedo est color, vel concretum de concreto in subiectis, ut homo est animal, & idem est cum prædicatur denominatio de alio, ut cum dicitur homo est albus, & album est musicum, verificatur enim propositio pro supposito quod importatur idem ex parte subiecti & prædicati ut si sensus, homo est albus, id est, homo est suppositi habens albedinem, & album est musicum, id est, subiectū habens albedinem est subiectū habens musicam nunquam enim inherentiā sufficit ad verificandū propositionem dicentem hoc est hoc, aliquin posset dici homo est albedo quod non est verum. Sed facit solum denominationem in obliquo ut patet in dictis expositionibus & hoc modo verificatur ista, filius Dei est homo ratione identitatis realis suppositi importati per subiectū & prædicatum sub hoc sensu filius dei est homo, id est, filius dei est suppositum habens humanitatem, & non ratione filius conuenienter in supposito, quia tunc verificaremus hanc, essentia diuina est humana natura, quia sunt in eisdem supposito, quod non dicimus. Cum ergo dicendo natura humana Christi est, si esse sit solum pro esse diuino nihil unum & idem sit ex parte subiecti & prædicati ratione cuius posset propositio verificari. Oportet si veris fieretur quod esse sit pro esse creato.

23. Ad secundū dicendum quod ratio fallum supponit, scilicet quod suppositū diuinum incarnatione supplet vice causæ materialis vel subiectū, quia nihil est subiectū nisi respectu eorū quae sibi inherent. Natura enim humana non inheret personæ assumenti, & ideo persona assumens non est subiectū seu causa materialis naturæ assumptæ. Dato etiā quod persona diuina posset vere esse subiectū alterius. Tamē per hoc non cōpeteret assumere sibi naturam humanam quae non est nata esse in altero tanquam in subiecto. Ratio autem quare persona diuina postest alienam naturam assumere non est quia supplet vice subiectū vel materię. Sed quia est perfectionis infinita ad terminandum alterius dependetram aliquo modo, sicut radix determinat in se existentiam rami insiti: propter quod dictum fuit supra prima quæstionem quod incar natio assimilatur inflectioni.

24. Ad tertium dicendum quod minor est falsa. Nō enim prædicatur humana natura diuina. Cum dicitur cōcretus uero Deus est homo. Sed prædicatur idem suppositum de se ipso connotando obliquè circa subiectū & prædicatum diversitatem naturarum sub hoc sensu filius Dei est homo, id est, suppositum habens humanitatem.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum persona verbi post incarnationem
fuerit composita.

Tho. 3. q. 2. ar. 4.

Secundū queritur circa eandem opinionem utrum per sona verbi post incarnationem fuerit cōposita. Et arguitur quod non, quia enim simplex est in diuinis perso na sicut essentia. Sed essentia diuina propter sui simplicitatem non potest esse composita, nec alteri cōponibilis, (ve patuit in i. lib. dist. 8.) ergo similiter persona diuina non potest esse composita, nec alteri cōponibilis.

2. Item compositum melius est cōponentibus ipsum. Sed persona diuina post incarnationem non fuit melior se ipsa ante incarnationem, ergo non fuit magis composita.

3. IN contrarium est quod Damasc. dicit, i. lib. In domino nostro Iesu Christo duas naturas cognoscimus, unam autem hypostasim ex vita compositam. Et arguitur sic per rationem quia sicut anima rationalis, & caro vnu est homo, ita Deus & homo vnu est Christus (ut habetur in symbolo Athanasii). Sed homo dicit personam compositam ex carne & anima, ergo Christus dicit personam compositam ex diuina natura & humana.

4. RESPONSO. Duplex est cōpositio una huius ex his, alia huius ad hoc. Prima compositio est sicut cōpositio hominis ex anima & corpore ex quibus tamquam ex partibus constituit intrinsecè. Secunda compositio est accidentis ad subiectum, vel subiecti cum accidente. Non enim subiectum cōpositum est ex subiecto & accidente. Nec accidentis ex accidente & subiecto, sed unum est alteri compositum, id est, cum alio positum quāvis aggregatum

FF ex

Magistri Durandi de

ex vrrog̃ possit dici compositum ex eis. Tunc ad quēstionem dicendum quōd persona verbi posse incarnationem non fuit composita prima propositione que est huius ex his. Cuius ratio est, quia omne tale compositum depēdet ex componentibus tanquam ex partibus constituentibus ipsum, & est posterior ipsi saltem ordine naturae. Sed personalitas Christi non dependet a natura diuina & humana, tanquam ex partibus constitutibus ipsam, nec est aliquid posterius ipsi: in modo p̄r̄existit saltem alteri naturae, scilicet humanae, ergo persona Christi non est composita ex natura diuina & humana.

5 Si autem loquamus de secunda cōpositione quā est huius ad hoc, adhuc talis sit dupliciter. Vno modo per inheritancem vnius ad alterius qualis est cōpositio ad subiectū, & hoc modo persona verbi non est cōposita post incarnationē, quia nec ipsa qua subiectū exsistit natura humana, nec natura humana potest alicui inherere. Quod patet per rationem, quia omne quod recipit aliquid in se, per modū inheritance se habet ad ipsum, ut potentia passiva ad actum, & sicut perfectibile ad suam perfectionem. Sed persona diuina non potest se habere ad quocunq; aliud per modū potentiae passivæ, vel per modū perfectibilis, ergo ipsa nō est cōposita alicui per modū inheritance. Alio modo sit talis cōpositio personalis dependentiam habitudinis relativi, ita ut vnius si inexistentia, aliud vero subsistens terminans respectu & dependentiā inexistentiā, & hoc modo persona diuina post incarnationē fuit cōposita, qui qua prius subsistebat in sola natura diuina, post incarnationē terminauit per suam subsistentiā dependentiam naturae humanae. Et hoc est quod legitur in synodo sancta Dei ecclesia vniōnem verbū ad carnē secundum cōpositionem confitetur, quod est secundum subsistentiam, quia tamen talis coniunctio non propriè dicitur cōpositio, ideo doctores moderni non multum viruntur tali modo loquendi.

6 A D primum argu. dicendum quid sicut essentia diuina non est cōposita prima cōpositione quā est huius ex his, nec secunda quā est huius ad hoc per inheritance, sic nec persona, utraq; tamen est componibilis alteri naturae tertio modo, scilicet per habitudinem relativam.

7 Ad secundum dicendum quid compositum prima compositione vel secunda, quā est per inheritance est melius componentibus. Sed compositum tertio modo non est melius maximē, si alterum secundum se, & ex se omnem perfectionem includat, & sic est de persona diuina respectu naturae assumptarū cui est vnitate ex tempore.

8 AVT ORITA 8 autē Damaf, intelligenda est de tertio modo cōpositionis & non aliter. Quod autē subiungitur quā sicut anima rationalis & caro vnuis est homo, &c. nō est accipiendo secundū omnem similitudinē, ita ut persona diuina sit vere & propriè cōposita, sicut persona hominis. Sed quantum ad hoc solum quid sicut persona hominis subsistit in dupli substantia (carne scilicet & anima) sic persona Christi post incarnationē substituit in dupli natura, diuina, scilicet & humana.

Q Y E S T I O Q Y A R T A.

Vtrum natura humana fuerit vnta filio

Dei accidentaliter.

Tb.3.q.2.4r.6.

C Ira tertiam opinionē queritur, vtrum humana natura fuerit vnta filio Dei accidentaliter. Et videtur quid sic, quia instrumentum vnitur principali agenti accidentaliter, sed natura humana in Christo fuit instrumentum diuinitatis, dicit enim Damaf. 3. lib. quid caro Christi instrumentum deiatis existit, ergo videtur quid natura humana fuerit vnta filio Dei accidentaliter. Item habitus vnitur habenti accidentaliter, vt paret de ueste respectu induti, sed humana natura in Christo dicitur habitus, ad Philip. 2. Habitu inuentus vt homo, ergo fuit vnius filio Dei accidentaliter.

2 IN contrarium arguitur, quia quod vere est, id est, substantia nulli accedit, vt dicitur i. Physi. Sed natura humana Christi vere est substantia, ergo nulli potest accidere, non fuit ergo vnta filio Dei accidentaliter.

3 R E S P O N S I O. quāstio hāc vnuig supponit & aliud querit, supponit enīa quā natura humana fuerit filio

Sancto Porciano

Dei vnitā. Et querit de modo vniōnis. Suppositio vera est secundum fidem & scripturā, quia sicut dictum fuit prius fides tener, & scriptura docet, quid filius Dei per incarnationem factus est verus homo. Sed nō esset verus homo, nisi assumpseret veram naturam humanam. Secundū autē tertiam opinionem ita suppositio non potest esse vera, quia terciā opinio ponit quā corpus & anima in Christo non fuerint inter se vnta, humana autem natura cum sit natura verē composita non est nisi ex partibus suis rea liter fibi inuicem vniāt. Et ideo secundum illam opinionem impossibile est dicere, quid filius Dei assumpserit natūram humanam, quāuis possit dici quid assumpserit partē humanae naturae.

4 Sed nec illud potest vere dici secundum opinionem, quā ponit in homine esse tantum vnam formā, scilicet animam, quia partes intrinsecāe cuiuslibet naturae compōfit manente realiter & secundum suas essentias in compōfito, sed caro seu corpus diuīnum ab anima, si postea anima vniāre non posset manere idem secundum essentiam, quia corrumperet formā quam prius habuisset & introduceret de nouo anima, ergo corpus diuīnum ab anima non potest esse realiter pars humanae nature, ergo secundum tertiam opinionem Christus nō assumpserit de natura humana, nisi solam animam, quod est erroneum. Item corpus inanimatum nō est vere mortis & passionis suscepit, sed corpus non vnitum anima non est animatum, ergo si Christus tale corpus assumpseret nō fuisset in ipso mortuus, neq; paſsus quod est erroneum, propter quod terciā opinio quā hoc ponit est plane erronea, & sic patet primum.

5 Q Y A N T U M ad secundū quod querit quāstio, scilicet vtrum natura humana fuerit vnta filio accidentaliter. Sciendū est quod naturā humana vnrū accidentaliter personē diuīne potest intelligi tripliciter. Vno modo quā natura humana, quā est substantia in sui vniōne, transeat seu conuertatur in naturā accidentis. Et ille modū fortē non est possibilis: sicut patet in 4. lib. dī. n. 1. & si esset possibilis, tamen secundū eum nō posset falsari incarnatio secundū quā dicitur homo natus, paſsus & mortuus, quia per naturam accidentis ita nō possumt de filio Dei verificari. Alio modo potest intelligi natura humana aduenire filio Dei accidentaliter, non quia trahat in naturā accidentis, sed quia induit aliquamē modū accidentis, quod potest intelligi tripliciter: vno modo ex hoc solo, quia aduenit enti in actu, nō tamen coincidit in idem suppositū, & sic vñis aduenit accidentaliter homini. Et hoc modo posuit terra opinio naturam humanam in paribus suis aduenire filio Dei accidentaliter, quā quodam indumentū, vt dictum fuit prius in narratione opinionis. Et istud est erroneū, quia ea eo quod aduenit extrinsecē, & per modū habitus nō fit denominatio quid vel quis sit illi cui aduenit, sed solum qualiter se habet. Si cut homo ratione vestis, nō dicitur quis neq; quid sit, sed qualiter se habet: quia indutus, habitus enim denominatū habent solum secundū genus suum quod est sic, vel aliter se habere. Si ergo natura humana adueniente filio Dei accidentaliter per modū habitus secundū eam non posset dici filius Dei quis, vel quid, sed solum qualiter se habens, hoc autē damnatum est per Alexandrum Papam extra de hereticis, capitulo. Cum Christo, ubi dicitur sic: Cum Christus sit perfectus Deus & perfectus homo, quā temeritate audient quidam dicere quid Christus secundū quid homo nō est aliquid. Et ideo terciā opinio, quā hoc ponit est condemnata tanquam erronea.

6 Alio modo dicitur aliquid aduenire alicui accidentaliter: quia aduenit enti in actu, cedes in vnum secundum suppositū, quia inhāret ei, cui aduenit. Et istud modo nō videtur possibile, quid aliquid adueniat alicui accidentaliter, nisi conuertatur in naturam accidentis, quia omnis substantia, vel est materia, vel forma, vel cōpositum, materia nulli potest aduenire per inheritance cū sit subiectū primum in quo sunt cetera: ipsa autem nullo forma vere aduenit materia per inheritance, sed materia cui aduenit non est ens in actu. Sed solum in potentia, substantia vera completa non potest aliter inhāre. Et si posset non tamen sic posset aduenire persona diuīna, quā non potest esse subiectū alicuius inheritance. Relinquit ergo